UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Disputatio || excellentium. D. doctoru[m] Iohannis Eccij & || Andre[a]e Carolostadij q[uae] cepta est Lipsi[a]e || XXVII. Iunij. An. M.D.XIX.

Eck, Johannes
Karlstadt, Andreas

[Erfurt], 1519

VD16 E 320

Martinus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-32477

Visual Library

¶ Quod om̄ia inducta ꝑ egre: d.d. copioſiſſime quidē ſunt dicta. ſed proſus
nihil ad ſcopū. cum iam per tres dies ꝓmiſerit diui: iure acturū ſe contra me.
nec adhuc audita eſt vna auctoritas diuini iuris preter illam Matth. 16. Quā
om̄es audiuimꝰ q̄ꝫ varie tractet a ſanctis patrib: et ꝙ maior pars, eorū q̄ꝫ ſa-
nior ſententia pro me ſtet. Unum ipſe locum Auguſti: et alterū Ambro: ꝓ ſe
adduxit. cetera om̄ia fuerunt vocabula Pelagij. Anacleti, eorum qui iura hu-
mana conſcripſerūt. Cyprianus vero fere totus mecum ſentit quod cōmitto
iudicio prudentis lectoris. Similiter et clariſſ: tex: Hiero: ad Euagriū et ſup
Titum. Deinde Grego: in regiſtro ꝑ ſenas ferme epiſtolas. Poſt hec hiſtorie
et vſus orientalis eccleſie. neq̄ꝫ eñ quidq̄ꝫ facit ad rem quod d.d. ſchiſ: Grecos
allegauit. Neſtoriū et ceteros. non erant illi eccleſie orientalis. poſſum et ego
latinam eccleſiā ſic deſcribere ꝑ pelagios. Manicheos. Jouinianos. Vigilā-
tianos Helpidia: et ſimilia monſtra. ſed abſit vt ꝓpter paucos malos et ſchiſ-
maticos totam aliquā eccleſiā ſchiſmaticā appellem. Cetera non potero ꝑſe-
qui Et reſeruo mihi precipue art: Johannis Huſ michi obiectos et inter eos
nouiſſimū de humanis actibus ad calamū et papyrū et cetera om̄ia que ha-
bebā opponere. vt que hic facere non poſſim excluſus ſpacio ꝑſtem ꝑ ſcrip-
turā. voloq̄ꝫ in hoc cedere et obediuiſſe Illuſtriſſ: principi ſtudioꝝ patroni cle-
mētiſſ: iuſſis de q̄ vos dn̄os Notarios requiro ⁊ auditores in teſtimoniū voco

Die ſeptima Julij anno. 1519. mane hora ſeptima. Eccius.

¶ Quia reuerendꝰ pater heri horā habuiſſet r̄ndendi ad noſtra vt ſic illuſtriſſ:
principis iuſſa fuiſſemꝰ executi vbi r̄ndendo plurimū ꝑ verbum tranſeat ap-
pellauit ad calamū. tamē deliberatiōe habita. propoſuit ſe iam plenius reſpō-
ſurū. Cui ego non diſſenſi ꝓ veritatis amore et elucidatiōe. Admiror quō re-
uerendꝰ pater magno boatu audet corā tot doctis viris intonare. q: dixerim
me ꝓbaturum de iure diuino Monarchiā ⁊ primatum in eccleſia. cum tamen
ſolum allegauerim dicta ſ. patrum. decreta pontificū. cum tamen adduxerim
et ius diuinū Matth: 16. de promiſſiōe edificationis ſupra petram. ꝙ Chriſtus
ſpāliter rogauit ꝓ fide Petri. ꝙ ſpāliter et ꝓmiſit vt cōfirmaret fratres. ꝙ ſpā-
liter ei cōmiſit in ꝑ̄ſentia Johannis ⁊ Jacobi vt paſceret oues tribꝰ vicibus.
et hoc ius diuinū ita eſſe intelligendū. tunc adduxi ſanct: patres. ſum̄os ponti:
et martyres. conſenſum conciliorū et omniū vniuerſitatū. quare ex iure diuino
ꝓbatum eſt eſſe primatū in eccleſia dei niſi ꝙ reuerendꝰ pater intelligentiā ſuā
ꝓponit intellectui tot ſanctoꝝ patrū. ſummoꝝ pontificū. et ſacri conſilij. cum
laudabile Cōſtantienſe conſiliū talem articulū inter peſtilentes Johan: Huſ
dānauerit. Ad qđ reue: pater ſilet. ſi vult afferre meliora ꝓ veritatis elucidatiōe
qđ heri potuiſſet feciſſe iuxta illuſtriſſ: princi: iuſſum. ſum paratus audire. eo
pacto ꝙ dum fungit̄ officio r̄ndentis. iam in fine actus nō transferat ſe callide
ad ꝑſonā opponentis. ſed quecunq̄ꝫ oppoſiturus ſit cōtra iſtam ineluibilem
veritatē. paratus ſum his adductis r̄ndere ⁊ ea diluere. de quo ꝓteſtor.

Martinus.

¶ Cum heri ſtatutū eſſet noīe illuſtriſſ: prin: ⁊ ꝑſoni noſtri vt materia iſta con-
ſummaret̄ eo die. et egre: d.d. maiorē ptē tpis ſine neceſſitate ⁊ odioſiꝰ q̄ꝫ dece-
bat hoc ſplendidū auditoriū. cōſumpſiſſet mihi ꝓ triduana r̄ſione vnica fuit
reliqua horula. qua tante farragini ſue r̄nderem ſimul et opponerē. Placuit
poſtea gratuito affectu eidē illuſtriſſ: principi nr̄o. vt copia daret̄ mihi et r̄ndē-
di et opponēdi. de quo gr̄as ago illuſtriſſime gr̄e ſue q̄ꝫ maximas. Ideoq̄ꝫ ad
ꝓpoſitū veniendo anteq̄ꝫ ceptā heſternā r̄ſionem ꝯtinuem. primo hanc maio-

rinā nebulā d.d. Ecciȷ̄ diſpellā. Ubi more ſuo ſatis odioſe et ſemp̄ obijcit huſſiticas p̄uitates. nō obſtante ꝙ toties me expurgauerim. ideoq̃ paulū p̄fabor Germanice ꝙ intelligam me peſſime audire apud vulgum.

¶ Declarabat aūt ſe non impugnare nec Chriſtiane a quoq̃ impugnari poſſe p̄matū et obedientiā Ro: eccl'ie. vex̄ eo p̄tractū eſſe vt declarare ſe oporteat. Eū p̄matū nō eſſe de iure diuino. ſicut neq̃ impatoriā p̄tātem apud Germanos im̄pbari poſſe. q̄uis in ſacra ſcriptura non fundatā. q̄uis d. Eccius dixit verum eſſe eam eſſe ꝯtrouerſiā an p̄matus Ecc: Ro: ſit de iure diuino qḋ im̄pbare cōſtat eſſe huſſiticū. et articulū a Cōſtantienſi cōcilio ꝯdemnatū. eſſeq̃ dolendū ſi Chriſtianoꝝ corda tam frigida eſſent vt nemo hoc defenderet. poſt hoc cepit d. Mar: latine proſequi.

¶ Quod ergo inducit hanc auctoritatē Matth. 16. cōtendens ibi p̄matū promiſſum eſſe. ſatis reſpōſum eſt in precedentibꝰ. ꝙ d. egre: d. vix duos auctores habet et eoſdem ambiguos in ſuam ſententiā. cum tamen maior pars ſtatuat Petrū ibi fuiſſe pſonā oim apoſtoloꝝ et fideliū. qḋ et ipſe textꝰ ꝯſ̄ia ſua viget. dū Chr̄us interrogat oēs et nō ſolū Petrū dicēs. Uos aūt quē me eſſe dicitis. et ibi Petrꝰ os apl'oꝝ vt Chriſoſt: ait ⁊ pſona apl'oꝝ. vt Hiero: ⁊ Orige: dicūt et Beda et Auguſt: et Ambro: reſpondet ꝓ oībus. Ideo dixi nihil pbari ex hac auctoritate de p̄matu. Item ꝙ textus ipſe non dicit ſic. Tu es petrus et ſup te. ſed ſup hanc petrā manifeſte indicās petrā aliam a qua Petrꝰ dictꝰ ſit. Proinde cū ſint vulgata iura et ipſi Roma: pontifices teſtent̄ interpretatiōem ſcripture magis valere apud doctores q̄ apud ſe ipſos. in cauſis vero deſcendēdis ſecus.

¶ De articulo illo Huſſitico dixi ſatis heri ꝙ nondū pbatū eſt eum eſſe hereticū. hoc ꝓ reſponſione matutina. Redeundo ad heſternā quādo egre: d. d. ſcdo loco oppoſuit depoſitiōem Chryſoſtomi ideo factam illegittime. q: odio imperatricis facta ſit. nego conſequentiā. nō ideo poteſtas ordinādi et deponendi per ſacrum Nicenū conciliū ſtatuta fuit illegittima. q: caſu forte habuit malum vſum. Nam in eadem etiam hiſtoria ſcribit ꝙ Roma: pontifex victor martyr voluit Aſie epiſcopos excōmunicare. at illi rurſus tanq̄ ſuperiores mandauerunt ſilentium et vt eccleſiam non perturbaret iuſſerunt libro .5. Eccleſiaſtice hiſto: Sed et Hyreneus Lugdunēſi Gallie epiſcopus eundem. Roma: epiſcopum coercuit. et erant tunc temporis in Grecia Epiphanius celeberrime laudatus a Hierony: Grego: Nazan: Baſilius Chriſtianiſſimi viri. non tamen ſub Roma: pontifice vnq̄ fuerunt. ſed iuxta Niceni conciliȷ̄ ſtatuta ab epiſcopis prouinciarum ordinabantur. Quod vero egregi: d. d. inducit Iulium p̄mum excōmunicaſſe Arcadium Imparatorem nihil facit ad rem. nam et Bonifacius octa: auſus eſt et regem Francorū velle e ſede eijcere. non probatur ius eſſe quidquid Roma: pontifices pro humana fragilitate quandoq̃ tentauerunt. Nec mirum eſt ſanctos iſtos viros ambitionis tentatione vexatos fuiſſe. quando plus quā ſemel ſanctiſſi: apoſtoli etiam p̄ſēte Chriſto laborauerūt eadem. Quod dicit epiſcopo Hieroſoly: datam honoris prerogatiuā recte dicit. ſed non probat p̄matum Roma: pontificis ſaltem iure diuino eſſe. Etiam ibi optime dicit egregi: d. d ꝙ ſexta Synodus dedit Roma: eccleſie p̄matum. non autē precedentes Synodi hoc eſt enim quod volui. ꝙ ſynodicis ſtatutis et humano iure conſenſu fidelium Chriſti. cui non licet reſiſtere datus ſit iſte p̄matus. Quod et diuus Gregorius in regiſtro in hec verba dixit. Scitis ꝙ veneranda ſynodus Calcedonēſi huic apoſtolice ſedi obtulit p̄matum et tamen nullus predeceſſorū meorum vnq̄ preſūpſerit acceptare. Proinde nihil facit quod egregi: d. d. dicit Gregorii non reiecisse p̄matum ſed aſſeruiſſe. Legat plus lector epiſtolas Grego: et inueniet Grego: prohibuiſſe p̄matum et icomenicum pontificatū non vendicaſſe. vt ex ſupra relatis diſt: 95. ſatis probauimus.

¶ Ad auctoritatē Auguſt: ad innocentiū Roma: pontificē et huius ad illum
Reſpondeo legat lector vtriuſq; verba et iudicet an ne egre: d. d. nouas ſigni
ficationes vocabulis impoſuit.
¶ De. xx. annis eccleſie ante Romanā dixit cū Petro fuiſſe tranſlatū primai
tum ad Romā. forte volens hoc puerbium. vbi papa ibi Roma. Reſpondeo
pbandus erat primatus qui transferret non tranſlatio quā libens cōcedo.
¶ Induxit etiā auctoritatē Auguſt: contra Manich: quā ſuſpicor eſſe. 2. libro
doctrine Chriſtiane c. 8. q in re dubia ad certitudinē fidei valeat auctoritas
eccleſie catholice que ab ipſis Apl'orū ſedibus ſuccedentiū ſibi met et epiſco
poꝝ ſerie et populi cōſenſu firmat Nihil de Roma: eccleſia loquitur. ſed vni
uerſali et pro me facit contra d. doctorem. Quia ſucceſſiōes diuerſarū ſedium
apoſtolicarū ſibimet et conſenſu populi deſcribit Auguſt: non aūt confirma
tionē aliarum ſedium per vnam ſedem. Nunc ad rem ipſam.
¶ De auctoritate Matth: 16. Tu es Petrus et ad inductos auctores dicit me
non reſpondiſſe. qđ cōmitto vobis auditoribꝰ et lectoribꝰ an verum ſit. Aug:
in retract: relinquentē electionē lectori ſuper duabus ſententiīs eiuſdē aucto
ritatis oppoſuit dicens ſe ambas amplecti ſententias. quod mihi placet et ſic
nihil contra me probat.
¶ Secūda auctoritas diuini iuris a dñatione ſua inducta. eſt hec. Paſce oues
meas Johannis vlt: et gaudeo tandem poſt tres dies aliquādo audiri vnam
auctoritatē diuini iuris quo firmiſſime nitat eius ſententia. ſ; videamꝰ ipſā.
¶ Primū iſta auctoritas videtur intelligi dupliciter. Uno per verbum diligere
id qđ eſt ſibi ipſi fidere et quiduis licere. et per verbum Paſcere idem qđ primū
eſſe et regnare. et ſic erit ſenſus. Petre ſi diligis me. i. ſi tua queſieris et omnia
feceris que adulatoribꝰ tuis placent. Paſce oues meas. i. eſto primus et dñs
oīm. hunc ſenſum non habeo in meo codice. Alio modo ſi diligis me. i. abne
gas teipſum. ſi ponis animā tuam pro me. ſi etiam omnē dignitatē reſpueris
et nihil niſi me dilexeris. vt egregie exponit Auguſt: in eodem loco. Paſce oues
meas. i. doce. predica verbum. exhortare. ora. bono exemplo pcede. nam ver
bum grecū hoc loco non ſimpliciter regere et paſcere ſcat. ſed ſuaniter et mol
liter curare. et omīa facere ne quid deſit ouib: et hunc ſenſum credo eſſe Euan
gelicū. Proinde rogo d. d. Eccī: vt mecum roget dominū Jheſum Chriſtum
quo velit inſpirare non ſolum ſummo ſed etiā omnib: pontificib: vt hec verba
credant ad ſe ptinere. non eſt dubium quin totus orbis obuiīs manibus et p
fuſis lachrymis ſit excepturꝰ talem virum. qui ſcđm hec verba ſe gerere vellet.
Proinde ſi egre. d. d. textum diligenter inſpiciat. non ius ibi pceditur et priui
legium vt putatur. ſed preceptū imponit. et labor hodie intolerabilis iniungit.
et officium demandat ei qui de facto eſt vl' in primo vel in medio loco cōſtitu
tus. et non primum conſtituit. q ſi vigeat officium non poſſe adminiſtrari niſi
primum locus poteſtatis habeatur. placet. ſed tunc alio modo ſiruendus eſt
iſte locus. hic hoc verbum non niſi officium cōmendat. Proinde recte fecerunt
pres ſācti qui hunc locū ad oēs ptinere dicūt. nam hoc nemo poteſt negare.
ſi Petro hic ſunt cōmiſſe oēs oues q ipſe non oēs pauit. vt b. Auguſt: di
cit et actuū liber euidenter demōſtrat. et ſic Chr̄o inobediens fuit. Nec poteſt
dici q licet p ſe non pauerit tamen p alios ſubordinatos Primū vt donemꝰ q
poſſimꝰ reddere nō eſſe dictū Petro. paſce p alium. ſed ipſi met in pſona ꝓpria
paſce tu. tamē hoc cōuincit qđ nec apoſtolus vllus nec Paulus ſaltem a Pe
tro ſunt ſubordinati. qui multo plures oues pauerunt q̄ Petrus. ideo verbi
intelligentia ex tota ſcriptura et circumſtantiis rerum geſtarum petenda eſt. q
hec auctoritas non ad ſolum Petrum pertineat. aut non ad oēs oues.
¶ Tertio ſi per iſta verba pbabitur primatus incertus et nullus erit primatꝰ.
q: nō ponit primatus niſi ſub cōditione dilectionis. nec enim oportet ſcriptura

diſrūpere in diuerſas ptes. ſed magis cōcinnare. ideoq; cum ſit incertum quis
diligat Chriſtū. incertū quoq; erit nobis quis ſit paſtor noſter. Et ſi ei non eſt
neceſſaria dilectio. nec nobis neceſſariū erit agnoſcere paſtorem. Rectius ergo
dicit q hoc verbū ſit preceptū datum vniuerſis prelatis eccleſie vt cōtemptis
diuitijs. dignitate. etiam ipſo primatu tandē vita et morte ſeſe impendāt pro
ouib: Chriſti quis eſt hic et laudabim9 eum? Tranſeo ea que ex Chryſoſtomo
attulit de vertice collegij et quō Petro tradita ſit preſidentia orbis terrarū q
om̄ia concedo. q ſit primus in honore ſed nō ſolus in adminiſtratione ſaltem
¶ De caſu Petri Gala: 2. Ubi iterū egre: d. d. odioſi9 mihi ar- (iure diuino.
ticulū Huſſiticū obiecit. Nullū eſſe dominū ſpūalem. vel ciuilem qui ſit in pctō
mortali. Si dicerem Petrum ideo non eſſe prelatum q peccaſſet mortaliter.
Rñdeo hoc nō agebatur et ad Rhombū eſt iſta diſputatio. ſcio et optime ſcio
q prelatus malus non ſit reijciendus. Ideo et ego damno Huſſiticū articu-
lum. Sed hoc voluit q Petrus quādo in cauſa fidei prebuit ſcandalū. ſi non
fuiſſet emendatus p Paulū merito debuit amoueri a prelatura. nam heretic9
paſtor aut is qui ſimulat in periculū fidei grauiter peccat. Nam hac ſimulati-
one Petri funditus pibat fides Chriſti. vt Paulus dicit. ideo potius fuiſſet
faciendū. niſi emendat9 fuiſſet Petrus. vt Petrus p nullo haberet nedum p
ſummo pontifice. peccatū mortale nocet pſone ppie. ſed hereſis nocet pſone cō-
muni et cōmunitati. Ideo gratias ago d. d. q ſaltem hoc didici ex hac diſpu-
tatiōe q edificare ſup petram. pcat ſub eſſe prelato ſiue bono ſiue malo. Nam
hanc pcationē edificationis et petre fateor prius ignoratā. q dixit etiam ſi ceſ-
ſidiſſet Petr9 mortaliter adhuc manſiſſet petra. i. primus et prelatus.
¶ Quod dicit olim epiſcopos non fuiſſe confirmatos niſi preſtita ſcheda fidei
admitto. ſum contentus. verum nihil ad ius diuinū. nihil em̄ derogo pontifici
quidquid tribuit ei. ¶ Poſt hec adduxit Nicolaū Cyſanū et excuſauit Ana-
cletum ſ. virum q nō fuerit ei neceſſaria tanta ſcientia. tam ſancto viro fateor.
Uerum tamen ſummo ponti: ſiue ſancto ſiue non ſancto turpe eſt Euangelia
ignorare. cum ſit paſtor ouiū et doctor Euangelij. cum aūt Cephe interptetur
per Johannē Euangeliſtā. c. i. dicentem. Tu es Simon tu vocaberis Cephe.
quod interptatur Petrus. quādo ergo filius tonitrui ſic tonat. qui nouit oīm
linguas. merito debet tacere vanitas terreni fumi. ſiue ſit Nicolaus Cuſanus
Chaldeus. vel Hebreus. non q rephendā egregi: d. d. qui dixerit Petrū idem
valere ſicut caput domus Chaldaice auctore ſuo Cuſano. ſed q laudem im-
pterritū diſputatorē qui audeat ſe cōmittere in harenam theolo: nec tantū pri9
in Euāgilio ſtuduerit. vt primū caput in Johāne legerit Euangeliſta. Sit r nō
hz in libr: ſuo quid eſt Cephe. qđ ignoſco legat tm̄ cap. i. ad Corin: i. et inueniet.
¶ Ultimū de articulis Bohe: non vult iudicare. licet nunq̄ deſiſtat me ſugilla-
re. et ego de eis tranſeo nihil dicens niſi q Grego: Arimine: diſt: 28. repbatū
ab egre: d. d. ego appbo. eſt em̄ totus aliud nihil q̄ Auguſt: et diuine ſcrip-
reſiſtens quidē om̄ibus doctorib: ſcholaſticis. tum maxime Ariſtoteli. ſed nōſ-
dum ab vllo cōfutatus eſt. Conſentio cum d. doctor: q conciliorū ſtatuta in ijs
que ſunt fidei. ſunt om̄i modo amplectenda hoc ſolum mihi reſeruo. quod et
reſeruandū eſt. conciliū aliquādo erraſſe et aliqn̄ poſſe errare. pſertim in ijs que
non ſunt fidei. nec habet conciliū auctoritatē nouorū articulorū condendorū in
fide. alioquin tot tandē habebimus articulos quot hominū opiniones.
¶ Quod in fine ſanctū Franciſcū induxit debere nos ſummo ponti: obedire.
miror ptra quē dixit. Item tranſeo iſtas criminatiōes de fratrib9 mēdicantib9
miſer iſte etiam habitus cruciat egre: d. d. Ego p mea ſententia pnuncio vel-
lem me eſſe nullū ordinem mendicantiū. Ecce hec habui que reſponderem ad
obiecta egre: d. d. ſuper ppoſitione. 13. quare nūc finita rñſione. reſtat vt et ego
moueam aduerſus egre: d. d. que me mouent.

¶ Hic intonuit Eccius ſe obiectis velle reſpondere quaſi et ipſe reſpondẽs fu-
iſſet. Rñdit Mar: hoc pacto nunꝗ̃ finiendã diſputationẽ. accuſans Eccianam
petulantiã, que ſolet ſingula etiam verba aucupari, cõtigit ꝓin⁹ virgula diui-
na vt clementiſſi: dux Georg: intereſſet cuius nutu et pio ſceptro conceſſum eſt
Martino impetere Eccianã ꝯclõem que cõtraria eſt huic iam diſcuſſe.

Martinus.

¶ Contra ſententiã Egregij: d. d. videtur id militare qđ ſatis fortiter tranſilijt
in cõfutando et ſcribitur prime. 3. Corint: vbi Paulus detrahens ꝑſonam oi-
bus apoſtolis dicit. Quid eſt Apollo: quid Paulus: quid Cephe: miniſtri ꝑ
quos crediđiſtis. vbi Paulus prorſus vult tollere occaſionẽ ꝯtentiõis et ſchiſ-
matis. negat vllam eccleſiam ad vllũ apoſtoloꝝ ꝑtinere. ſed eſſe omnia oĩb9
communia. vnde in fine. 3. ca. dicit. Oĩa veſtra ſiue Cephe. ſiue Apollo. ſiue
Paulus. vos aũt Chriſti. Nec valet euaſio qua dicitur eos non de principali-
tate ſed ſingularitate ꝑſonarũ cõtendiſſe. cum manifeſtus textus ſit, ꝙ de digi-
nitatibus ꝑſonarum ꝯtenderũt, qđ alij preferebãt oĩbus Petrũ, alij Paulũ,
alij Apollo alij vero ſolum Chriſtum. Confirmat per illud Gala. 2. vbi ſimili
contentione ſeducti Galate ꝓpter primitatẽ Petri cõmendatam Paulum et
doctrinã eius velut indigniorẽ reliquerũt. Contra que longo textu probat ni-
hil ad rem ꝑtinere Petri maieſtatẽ vł aliorũ apoſtoloꝝ dicens ſe neꝗ̃ ab hoie,
neꝗ̃ ꝑ hominẽ eſſe miſſum ad eos. nec vidiſſe quidẽ Petrũ. nec didiciſſe ab eo,
ſed oĩa ſine Petro habuiſſe et tradidiſſe. Si ergo auctoritas Petri fuit ne-
ceſſaria et ius diuinũ. erit Paulus in hoc loco manifeſte impius et blaſphem⁹
Ut qui nolit etiam a deo ꝑ hominẽ mitti videri. et prorſus reijcit auctoritatem
petri. Tertio ꝛ infra clarius. vbi dicit mihi qui videbant nihil ꝯtulerunt ꝛ qua-
les aliquãdo fuerint nihil mea refert. Deus eñ ꝑſonam hominis non accipit,
Ecce hic clare dicit ꝙ qualitas petri et alioꝝ apoſtoloꝝ nihil ſua referat, quod
eſſet impijſſimũ dicere. ſi qualitas Petri iure diuino fuiſſet ſeruanda. Eadem
impietate diceret. De⁹ ꝑſonã hoĩs nõ accipit. cũ ius diuinũ. ꝛ ea que ſunt iuris
diuini etiã ſub eterne maledictiõis pena ꝓcipiat. Quare videt primat⁹ iſte ꝛ ma-
ieſtas vel quocũꝗ̃ noĩe cenſet Petri ꝑſona ſeu q̃litas nõ ſtatui iure diuino.

Eccius.

¶ Dum reuerendus pater contra me inducit tres beati Pauli auctoritates
dudum ab aduerſarijs ſedes apoſtolice ventilatas. et per apoſtolice ſedis
defenſores enodatas. facile et reſpondeo annectendo malos fucos quibus
dogma ſuum nititur palliare. et hominib⁹ os et oculos oblinire. Dico primũ
Me non tranſilijſſe ſicut imponit locum apoſtoli prima ad Corint: 3. quia
ipſe falſe adduxerit cum Paulo et Appollo Cepham. q2 textus ab initio non
habet. ſed in fine meminit Cephe. ſed ſtatim gloſſa interlinearis fatetur eum
maiorẽ oĩb: Non ergo ſuo capite ſed ſanctoꝝ accipiat ſacram ſcrip: reuerẽ:
pater. Et dico ſolutionem datam fuiſſe optimã et infringibilẽ et fuc⁹ reuerendi
patris quo ſimplicib: illudit nihil facit. teſtis eſt b. Hiero: lib: 1: contra Iouini-
anũ Col. 18. mihi. vbi expreſſe dicit ſupra Petrũ edificatã eccleſiam, ibi fortiter
tranſilijt reueren: pater ꝛ nihil dicit. et infra. vt capite cõſtituto ſchiſmatis tol-
leretur occaſio. ergo ꝙ apoſtolus Paulus voluit cauere ſchiſmata. ꝯtentiões
ꝑ hoc primatũ capitis non abſtulit. ꝙ ſchiſmata melius tolli non poſſunt, niſi
per caput. Unde nec verbum facit nec apex ad ꝓpoſitũ de negatiõe primatus,
quare falſe auſpicatus eſt hodie me vix duos adduxiſſe ſanctos patres et eos
ambiguos. cum certos et indubitatos adduxerim Auguſti: Ambro: Hiero:
Chryſoſto: Leonẽ. Bernhar: ꝛc. Quod aũt laudat me amplecti ambas Aug:
ſententias lib: 1. retract: c. 21. Et affirmat ſeipſum facere idem,

Negauit. d. Mar: id ſe feciſſe vt ſup̃ ꝓteſtat⁹ eſt

¶ Qđ vero ſcđo loco inducit Paulũ ad Galatas quaſi ille ſcripſit ꝯtra petrũ
volens Galatas cõfirmare in fide ꝛ toto ibi ꝓceſſu oñdat ſe equalẽ fuiſſe petro